

24 [Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς] . . . . . Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων καὶ διαφερόντως τῶν προσηρόντων τῇ ἀγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως τῇ ἡμετέρᾳ καὶ πάντων μητροί, ἧς κεφάλαιόν ἐστι τῶν ἄλλων ἀπασῶν, ποιούμενοι προνοιοῦν θεσπιζόμεν παροικικῶ μὲν δικαίῳ μηδεμίαν τοῦ λοιποῦ γενέσθαι ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἐκδόσιν, ἀλλ' ἀναιρεῖσθαι τὸ μηδενὶ νόμῳ γνωριζόμενον ὄνομα.

1 Τὰ μέντοι λοιπὰ συναλλάγματα, ὅσα ἐφείναι τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τῆς αὐτῆς ἀγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ποιεῖν, ἐξεῖναι αὐτοῖς τίθεσθαι, πρὸς οὐδ' ἂν δοκιμάσῃσι, δίχα τῶν ἐνδοξοτάτων ἢ μεγαλοπρεπεστάτων ἐμπράκτων ἀρχόντων ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως· πρὸς γὰρ τούτους κατ' οὐδένα τρόπον ποιεῖσθαι αὐτοὺς οἰανδήποτε ἐκδόσιν ἀκινήτων πραγμάτων, ἀλλὰ μηδὲ ἄλλου παρεντιθεμένου προσώπου ἐπὶ περιγραφῇ τῆς θείας ἡμῶν διατυπώσεως συγχωροῦμεν, εἴτε τινὰ οἰκειότητα οὗτος ἔχει πρὸς τὸν ἀρχόντα τὸν ἐπὶ τῇ ἐξουσίᾳ τελούντα, εἴτε δίχα παλαιᾶς οἰκειότητος νεωστὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς τοῦτο παρεῖληπται.

2 Γνωσκόντων μὲν αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων οἰκονόμων, ὡς, εἴ τι παρ' αὐτὰ γένοιτο, τὴν τοῦ ἐνδικουμένου πράγματος διατίμησιν οἰκοῦσιν αὐτοὶ καταθεῖναι συναχθήσονται τῇ ἀγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. τῶν δὲ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐκκλησίαν χωρῶντων ἐνδοξοτάτων μεγαλοπρεπεστάτων ἐμπράκτων ἀρχόντων, ὡς, εἴ καὶ τᾶσι περινενομημένοι λαθεῖν σπεύσαιεν τρόποις καὶ πρόσωπα τοιαῦτα παρενθεῖεν, ἅπερ οἶον-

ται λήσειν μέχρι παντός, ὅτι περ ἑαυτοῖς τὸ πρᾶγμα πράττουσιν, ὅμως μετὰ ταῦτα διαφανομένης τῆς ἀληθείας ἀκρωθήσεται μὲν παντελῶς τὸ συνάλλαγμα, ποινῆς δὲ χάριν καὶ αὐτοὶ τὴν τοῦ πράγματος καταθήσουσι τῇ ἀγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ διατίμησιν.

3 Εἰ δὲ καὶ κατ' ἕτερον τρόπον πείσει ἢ ἀναγκάσει περιελθεῖν εἰς αὐτὸν ἐκκλησιαστικὸν πρᾶγμα, καὶ τὸ πραχθῆν ἀκρον καὶ τὸ δοθῆν ὑπὲρ τούτου εἰς πρόσωπον τῆς ἐκκλησίας ἀποδίδεται αὐτῇ καὶ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὑπόκειται ποινῇ κ' χωροσίου ληρῶν αὐτὸς καὶ ὁ τὸ πρᾶγμα δοῦς, καὶ ὁ λαβὼν ἐπὶ τὸ παρασκευάσαι γενέσθαι τὸ συνάλλαγμα τὸ δοθῆν αὐτῷ διπλοῦν δίδωσι, καὶ πάντα

4 προσκυροῦνται τῇ ἐκκλησίᾳ. Περαιτέρω τῶν κ' ἐτῶν ἀκίνητον τῇ ἐκκλησίᾳ οὐ μισθούται. Μόνους εὐπόρους δεῖ τα ἐκκλησιαστικὰ ἐμφυτεῖν διὰ τὴν ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως, καὶ μὴ περαιτέρω αὐτοῦ τοῦ ἐμφυτευομένου καὶ δύο ἐξῆς κληρονομῶν, καὶ μὴ κοιφίζεῖν πλέον τοῦ ἔκτου μέρους τοῦ σωζομένου κανόνος ἐν τῷ καιρῷ τῆς

6 ἐκδόσεως. Εἰ δὲ βλάβει τὸ πρᾶγμα, ἐμισταμένον τοῦ χρόνου ἐξεοῦται καὶ τὴν ζημίαν ἀπόθεραπύει. Εἰ δὲ ῥαθυμήσῃ ὁ οἰκονόμος ἢ ἀπόρους  
7  
8 (25) ἐκδῶ, ἐπιγινώσκει τὴν βλάβην. Οἱ χαρτοῦλάριοι τῆς ἐκκλησίας τῆς μεγάλης οὔτε διὰ μέσου προσώπου δύνανται λαβεῖν ἀκίνητον αὐτῆς κατὰ

9 μίσθωσιν ἢ ἐμφύτευσιν ἢ ἕτερον τρόπον. Γίνον-  
 ται οἱ χαρτουλάριοι ἠγουμένον λιβέλλου καὶ φέ-  
 ροντος υπογραφῆν τοῦ πατριάρχου καὶ τοῦ οἰκο-  
 10 νόμου. Καὶ ἐάν τις αὐτῶν φανῆ κλέπτων ἢ  
 παραδιδούς ἢ ἄλλως ἀνεπιτήδειος, ἔξεστι τῷ  
 11 πατριάρχῃ καὶ τοῖς οἰκονόμοις ἐκβάλλειν αὐτὸν  
 τοῦ καταλόγου. Γίνονται δὲ εἰς σκῆνιον τῆς  
 Ἀνατολῆς χαρτουλάριοι ἰε΄, εἰς τὸ Ἀσιανῆς ἰε΄, εἰς  
 τὸ Πόντου ἰε΄, εἰς τὸ ἐνοίκιον ἰε΄, εἰς τὸ Θράκης  
 ἦ, εἰς τὸ τοῦ Ἀντιόχου ε΄, εἰς τὸ τοῦ Καλοπο-  
 12 δίου ε΄, εἰς τὸ τοῦ ἀναλώματος ἰ΄, εἰς τὸ τῶν  
 ληγάτων θ΄. Καὶ λαμβάνουσι λόγῳ σνηθειῶν  
 ἐπὶ μὲν τοῖς ἐμφυτευτικοῖς συμβολαίοις πεντη-  
 13 κοστίας, ἐπὶ δὲ τοῖς μισθωτικοῖς καὶ λοιποῖς συν-  
 ἀλλάγμασιν ἑκατοστῆν. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸν εἰρημέ-  
 νον ἀριθμὸν γένηται χαρτουλάριος, ἐκπίπτει καὶ  
 14 δίδωσι τῇ ἐκκλησίᾳ ἰε΄ λίτρας, καὶ ὁ ποιήσας  
 αὐτὸν κ΄. Μετὰ ζητήσεως ἀκριβοῦς οἱ οἰκονόμοι  
 λογιζέσθωσαν γνώμη τοῦ πατριάρχου τὴν γνω-  
 μένην δαπάνην τοῖς ἐμφυτευταῖς καὶ μισθωταῖς  
 καὶ διοικηταῖς, ἑκάστου μὲν οἰκονόμου ζητούντος  
 τὰ τῆς ὑφ' ἐαυτὸν διοικήσεως, τῶν δὲ λοιπῶν  
 κατὰ πρόσταξιν ἐγγραφον τοῦ πατριάρχου τοῖς  
 15 λογισμοῖς ὑπογραφόνταν τὸ ἀνέγγων· καὶ τὸ  
 χωρὶς τοιαύτης παρατηρήσεως λογιζόμενον οἴκο-  
 θεν οἱ οἰκονόμοι δίδωσιν. Τῆς δὲ λογιζομένης  
 δαπάνης καὶ τῶν εἰσκομιζομένων χρημάτων λαμ-  
 βάνουσιν οἱ χαρτουλάριοι ἑκατοστίας· ὁ δὲ πλεόν  
 λαμβάνων καὶ τῆς ὑπουργίας τοῦ χαρτουλαρίου  
 καὶ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐκπίπτει παραχρῆμα.  
 16 Κἀκεῖνο δὲ θεσπιζόμεν, ὥστε καὶ αὐτοὺς τοὺς  
 θεοφιλεστάτους οἰκονόμους τοὺς τε νῦν ὄντας καὶ κατὰ  
 καιρὸν ἐσομένους κατὰ μῆνα ἢ τόγχε μήκιστον κατὰ  
 δύο μῆνας ποιείσθαι τοὺς λογισμοὺς πρὸς τοὺς ἀρχα-  
 ρίους τῆς ἀγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, εἰδόντας ὡς,  
 εἰ τοῦτο καταραθνημίσειαν, κινδύνου πειραθήσον-  
 ται. [α. 530]

id est:

*Idem A.*

Omnibus rebus ecclesiasticis prospicientes et praecipue iis,  
 quae competunt sacrosanctae magnae ecclesiae huius felicitis urbis nostrae  
 omniumque matri, quae caput est reliquarum omnium, vetamus ullam  
 de cetero rerum ecclesiasticarum concessionem colonario iure fieri,  
 sed tolli nomen legibus incognitum.

I ¶ Reliquos vero contractus, quaecumque inire religiosissimis episcopis  
 eiusdem sacrosanctae magnae ecclesiae permissum est, licere eis componere  
 cum quibus visum erit, praeter nobilissimos et magnificentissimos huius  
 regiae urbis praefectos in potestate positos, ad quos eos nullo modo alienare  
 permittimus neque alia persona interposita ad circumscriptionem sacrae nostrae  
 sanctionis, sive ei necessitudo aliqua sit cum praefecto in potestate posito  
 sive sine vetere necessitudine nunc ab eo ad hoc adhibitus sit.

2 ¶ Sciant igitur religiosissimi oeonomi, si adversus ea quid fiet, se cogi, ut aestimationem rei evincendae ex proprio sacrosanctae ecclesiae refundant: nobilissimi vero et magnificentissimi praefecti in potestate positi, qui ad eiusmodi elocationem progressi fuerint, etsi omnibus artibus excogitatis id obtegere enisi fuerint et tales personas interposuerint, quas ipsis rem egisse semper in occulto fore credant, veritate postea explorata infirmari omnino contractum, ipsos autem in modum poenae sacrosanctae magnae ecclesiae rei aestimationem praestatueros esse.

3 ¶ Quod si alio modo persuadendo vel vi efficiet, ut ad se res ecclesiastica perveniat, et quod gestum, est irritum est et quod eo nomine datum est alicui eorum qui ad ecclesiam pertinent, ecclesiae restituitur et praeterea poenae XX auri librarum subiacet tam ipse quam qui rem dedit: et qui accepit, ut contractum fieri curaret, duplum eius quod datum est praestat, eaque omnia ad ecclesiam perveniunt.

4 ¶ Ultra XX annos res soli ab ecclesia non locantur.

5 ¶ Locupletibus solis res ecclesiasticae in emphyteusin dandae sunt propter restitutionem pristini status, nec ultra ipsum cui datur et duos deinceps heredes, nec remitti amplius sexta parte eius canonis, qui tempore locationis receptus est.

6 ¶ Quod si rem deteriore fecerit, intra tempus locationis expellitur et damnum resarcit.

7 ¶ Oeconomus vero si neglegens fuerit vel inopibus locaverit, damnum restituit.

8 ¶ Chartularii magnae ecclesiae nec per interpositam personam rem eius immobilem conductionis vel emphyteusis titulo aliove modo accipere possunt.

9 ¶ Chartularii fiunt praevio libello, cui subscriptum est a patriarchia et oeonomo.

10 ¶ Et si quis eorum fur vel proditor vel aliam ob causam minus idoneus visus erit, licet patriarchae et oeonomis catalogo eum eximere.

11 ¶ In scrinio Orientis fiunt chartularii XV, Asiano XVI, Ponti XV, domestico XV, Thraciae VIII, Antiochi VI, Calopodii VI, largitionum X, legatorum VIII.

12 ¶ Et accipiunt titulo consuetudinum pro emphyteuticis quidem instrumentis quinquagesimus, pro conductionum et reliquis contractibus centesimam.

13 ¶ Quod si supra memoratum numerum chartularius fit, eicitur et solvit ecclesiae XV libras et qui eum fecit XX.

14 ¶ Diligenti inquisitione oeonomi ex sententia patriarchi computent impensam, quae ab emphyteutis conductoribus administratorius inferitur, ut unusquisque inquirat ea quae pertinent ad dioecesin ipsi commissam, reliqui vero ex dispositione scripta patriarchae rationibus subscribant 'recognovi': et quod absque tali observatione computatum erit, ex propria substantia oeonomi refundunt.

15 ¶ Impensae autem, computatae et pecuniarum illatarum chartularii centesimas accipiunt, qui vero plus ceperit, statim tam ab officio chartularii quam a clericatus dignitate removetur.

16 ¶ Illud etiam sancimus, ut ipsi quoque religiosissimi oeonomi qui nunc sunt quique postea erunt singulis mensibus aut ad summum binis mensibus rationes reddant arcariis sacrosanctae magnae ecclesiae, scientes se periclitatueros, si id neglexerint.